



Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Vita Spirituali, Eivsqve Perfectione - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1611

Quantis donis Deus perfectos repleteat. Cap. xxxj.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)

Apoc. 2.1. perfectissima, cuius proprium est, ut inaequalitatem ciuium, & varios dignitatis gradus habeat. Ideoque vocatur ciuitas : & Iohannes inquit : Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem nouam descendenter de celo.] Et iterum, ciuitas in quadro posita est, & tanta est eius longitudine, quanta & latitudo :] quia videlicet pro more ciuitatis debet diversitate gradum, dignitatemque constare. Illis itaque qui ad extiam gloriam, verbi gratia, Apostolorum, aut Martyrum, aut Doctorum vocati, & electi non sunt, meritò gratia huic gloriae, aut statui debita denegatur, ut pro qualitate vocationis, pésulum auxiliorum diuinorum gratias recipiant. In quo Dominus non tantum sua prouidentia consulti, sed etiam electorum infirmitati condescendit, ne supra quod imbecillitas carnis suffert, onerati, bonorum sibi datorum grauitati succumbant. Hinc dantur vni quinque talenta, alij vero duo, alij vero unum, & vnicuique secundum propriam virtutem, jne talentorum copia supra id, quod valet, prægrauatus, aliquod otiosum habeat, & regis talenta partientis indignationem incurrit. Quare Bernardus optimè ait : Quid est, quod incessanter orantes, & supplicantes, non possumus ad eam, quam desideramus, gratia abundantiam peruenire? Putatis, quia auarus, aut inops, factus est Deus, impotens aut inexorabilis? Absit hoc; prorsus absit; Sed ipse cognovit signum nostrum, & scapulis suis obumbrat nobis. Non tamen à petitione propterea cessandum est, quia et si non dat ad satietatem, dat tamen ad sustentationem: & si cauet nobis à feruore nimio, tamen fouet nos tamquam mater calore suo. Hoc enim est, quod diximus, sub scapulis eius nobis praestari, ut tamquam pulli in calore materni corporis soueamur, ne foris vagantes moriamur, refrigescente nimium charitate, qua non diffunditur in nobis, nisi per Spiritum sanctum, qui datur nobis.] Prospicit ergo Dominus sanctorum suorum infirmitati, dum vel eorum conatus impedit, vel orationibus abnuit, atque adeò siue concedat, quod orant, siue differat, siue omnino neget, cum id ob ipsorum bonum faciat, semper erga illos beneficis ac largus inuenitur. Ut vero huius eximii amoris significacione edat, si postulata non tribuit viro iusto, quia non expedit, at aliiquid, quod decens & proficuum ei erit, amantissime donat. Vnde Moysi postulanti, ostende mihi faciem tuam: respondit Dominus : Non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo & vivet. Videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris.] Quibus verbis, & aliud pretiosum donum loco doni postulati substituit, & illa suprema maiestas, quare ferunt fidelissimi petitioni non annuat, quasi rationem assignat. Faciem quidem diuinitatis meæ, ait, non videbis modò, quia lege sanctum est, ne quis in carne mortali degens, & adhuc viam carpens in via finem, scilicet in meam diuinam naturam, oculos mentis intendat suos. At ut aliiquid alsequatur, & visione meæ imaginis consoleris, posteriora mea, id est, hominé à filio meo nouissimis temporibus fulcipientum videbis. Ita Augustinus interpretatur, & simul creatoris nostri liberalitatem declarat, qui more boni patris filiis suis, si non omnia qua cupiunt, elargitur, at veluti donum distribuens, & meliorem partem celo reseruans, aliiquid, quo corum cupiditati satisfaciat, misericorditer tribuit. Nec tamen putandum est, desideria sanctorum effecta ac opere orbata fuisse inutilia, absit hoc. Sed utilissima sunt, que licet actione frustrata, suo præmio, & quidem magno non carebunt. In cuius signum David cupiens adficare domum Domino, nec tamen adificans, in mercedem sui desiderij audit: Prædicitque

Apoc. 2.1.

Matt. 25.

Bern. ser. 4. in Psal. Qui habet ist.

Rom. 5.

Exod. 33.

Aug. 99. in Exod. q. 154. & 2. de Trinit.

I. Reg. 7.

A tibi Dominus, quod domum faciat tibi Dominus: id est, amplissima posteritate multiplicet. Cupiamus ergo perfecta, petamus magna, postulemus excelsa, quia (si veram iustitiam fecisti fuerimus) nequaquam oratio nostra vacua in finum nostrum reverteretur, sed prosperabit & faciet, ad quæcumque miserimus illa.

Quantis donis Deus perfectos replete.

CAPVT XXXI.

HOMINES perfectos, multa & magna orationibus impetrare, ex alio capite perspicere potest; ex donis scilicet, quibus repleti sunt. Cum enim haec dona (quorum aliqua statim referemus) nec natura nec humana industria donauerit, sed largitas diuina concederit, ita orationibus à iustis peti, & lacrymis ac gemitibus postulari. Nam licet ea sim liberalitas Dei, ut nonnumquam nobis, nec petentibus, nec desiderantibus ingerat dona sua, tamen ordinariè id in donorū distributione seruat, ut prius quam ea nobis conferat, ad orandum & postulandum impellat. Quod si hoc ab omnibus queritur, ut rogetur, antequam sua dona profundat, maximè id exquireret à sanctis, quos vult nobilissima ratione ditare. Ea autem est, ut ipsi ad spiritualium donorum acquisitionem aliiquid faciant, & se ad ea promerenda orando, efflagitando, & gemitus promendo, disponant. Eis in libro Psalmorum dicitur: Spera in Domino, & fac bonitatem, & inhabita terram, & pauperis in diuinitate eius. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet.] Illi sperant in Domino, & non in seipsis, nec in multitudo diuinarum suarum, & faciunt bonitatem assidue, & quasi ex consuetudine (quod perfectorum est) & habitant eam viventium terram (vitam perfectam intellige) quae non tribulos, & spinas germinat, sed flores, & lilia producit. Huius diuinitatis ad suauitatem & saturitatem pascuntur, quia virtutum dulcedine perfruuntur, & bonorum operum ex illis promanantium copia satiantur. Ita vivunt, ut non in seculo, nec in rebus perituri, sed in Domino delectantur, & tunc iuxta desideria & petitiones suas, alsequuntur à Domino, quicquid impetrare gestiunt. Indicant ipsi Domino viam suam, ac vita sua rationem aperiunt, non ut sciatur, qui omnia nouit; sed ut illi ostendendo necessitatem suam, desideria sua, & affectus accendant; & Dominus facit quod ipsi fieri volunt, quia si iusti largi sunt in petendo, qui tribut affluerit, & non impropperat, largior, & profusior est in donando. Ita igitur donat iustis opes coelestes, ut prius donet orandi facultatem. Ita effert illos ad imitationem Angelicæ vitae, ut prius velit rogari, & precibus ac lacrymis excitari. Quod adeò verum est, ut etiam Virgo Beataissima, quae ab Angelo gratia plena vocata est, tantam gratia plenitudinem non sine oratione receperit, nec sine lacrymis impetraverit. Nec id sine magno testimonio proficerimus. Sanctus enim Bonaventura egregius Ecclesiæ Doctor refert, Deiparam Virginem in quadam revelatione beatæ Elizabethæ ista verba dixisse. Filia tu credis, quod omnem gratiam, quam habui, habuerim sine labore, sed non est ita: simo dico tibi, quod nullam gratiam, donum, vel virtutem habui à Deo sine magno labore, continua oratione, ardenti desiderio, profunda deuotione, multis lacrymis, & multa afflictione: dicendo, cogitando

Psalm. 36.

Bonum in
medi, vi-
te Chri-
sti. c. 3.

semper

semper placita sibi , sicut sciebam , & poteram , excepta sanctificationis gratia , qua sanctificata fui in utero matris .] Si hæc ita sunt , videamus quæ donata sunt sanctis , & inde videbimus quantum eorum orationes valeant , & quæ magna copiam bonorum obtineant .

Deus , quæ Dominus sanctis & electis impertit , bipartita sunt , quedam ipsorum profectum , quadam vero ipsorum ornatum , ac splendorem , necnon & Ecclesiæ vilitatem respiciunt . Quorum Laurentius Iustinianus , ex Gregorio desumens , his verbis mentione fecit . Duo esse spiritualium donorum genera , quæ fidelibus suis , & amicis charissimis Dominus largiri consuevit , sanctorum eruditur testimonio Scripturarum ; quorum alterum ad decorum , alterum vero pro recipienti vilitate impenditur . Priora quippe dona , quæ impertuntur ad ornatum , persuadent inuenientibus , & intelligentibus , hominem esse sanctum , spiritualibus munieribus plenum . Deo dilectum , & cum eo intima charitate coniunctum : posteriora vero sanctum sui efficientem possessorem , proprio acceptissimum conditori , meritisque celestibus valde locupletem , tametsi non sit semper hominibus notum .] His omnibus donis viros perfectos Dominus replet , atque nobilitat : quod ipse magna verborum attestacione promisit , dicens : Beatus ille seruus , quem cum venerit Dominus , inuenierit ita facientem . Verè dico vobis , quoniam supra omnia , quæ possidet , confitetur illum .] Seruus ita faciens , sicut præcipit Dominus , est seruus fidelis , qui somnum ignauæ discutit , qui super se & supra sibi commissa vigilat , qui mortificatione præcinctus , & lucernas honorum operum manibus tenens , omnium iudicem patienter expectat . Hunc Dominus super omnia sua bona constituit , cum ei omnia dona , tum ad vitam immortalem , tum ad vitam mortalem ; tum ad suam pulchritudinem , tum (si opus fuerit) ad aliorum usum vilitatemque concedit . Ideoque Paulus vocatur vas electu à Domino (quod nomen ceteris perfectis conuenit) quia tamquam vas pretiosissimum præelectum est , vt thesauros celestes in hæc duo genera donorum partitos , in suo corde recondat . Vas , inquit , electionis est mihi iste , vt portet nomen meum coram gentibus , & regibus , & filiis Israël . Vas , inquam , electionis , quod primò sibi , deinde aliis abundet : quod primum cognoscat & amet Deum , & postea eius nomen , ipsiusque notitiam & amorem in alios effundat . Ita sancti sunt vas electionis , vt vira Dei dona contineant . Dona quidem sanctificantia , quibus ipsi sunt sancti , ac Deo amabiles ; & dona honestatia , quibus aliquis ad sanctitatem trahant , & Ecclesiæ proficiant . Sunt vas misericordia , quæ Dominus preparavit in gloriam .] Quos enim nunc multiplici misericordia replet , adeò vt aliorum miserias , paupertatisque depellant , postmodum pro mensura accepta misericordia gloria & felicitate replebit . Sunt denique vas in honorem , quæ quia non vacua ab hominibus inueniuntur , sed plena donorum celestium , admirationem & vilitatem afferentium , nequaquam contemptui habentur , sed ab inviueris honorantur .

Sed iam quæ sint ista dona , quibus Deus viros perfectos , vt vas misericordia replet , breuiter expédamus , vel potius (quod facilius erit & utilius) oculis omnium conspicenda , & consideranda relinquaremus . Sunt enim illa tam nota , ac manifesta , vt oculis omnium exposita verborum expressione , non egeant . Quis namque licet excors , licet notitia rerum spiritualium ignarus , non videat in sanctis multa

A supra naturam , supra conditionem humanam , quæ terra ista non profert , sed cœlum mittit , & larga Dei misericordia tribuit ? Quis non videat in illis (quæ ad ipsorum puritatem pertinent) donum compunctionis , munus abnegationis ac beneficium propriæ contemplationis ? Nam & ipsi minimos quoque defecetus plangunt , veterem hominem proterunt , & se tamquam vilissima mancipia contemnunt . Quis non in perfectis animaduertit gemmam perfectæ castitatis , adamantem obedientię , & carbunculum paupertatis ? Qui licet religiosi non sint , & alium quemvis statum profiteantur , si tamen ad perfectam virtutem venerunt , nec terrenis rebus adharent , quo nihil pretiosius ; nec diuinis mandatis contradicunt , quo nihil robustius , nec se carnis colluione contaminant , quo nihil purius inueniatur . Quis neget illos omnium possessores esse virtutum , quos perfecta charitas occupans , sua familiæ regali replet , quæ in omnium virtutum cœtu consistit ? Quis ambigat omnibus Spiritus sancti donis abundare , & sapientes ac intelligentes esse , fortes , ac pios , & consilio , scientia , ac timore cooperatos , quorum mentes ipse Spiritus diuinus inhabitat , & in sui templum ac ædem elegit ? Quis non affirmet eos ad Dei familiaritatem admisos , Deum intima quadam luce cognoscere , Deum sitire , Deum purissimo amore complecti , cum Deo colloqui , atque ei imitatione perfectionis inharetur ? Quis tandem non faceatur sanctorum animas abundantissima gratia fulgere , singulari cœlestium notitia splendere , scientia agendorum , & vitandorum illustrari , necnon & purissimis desideriis , ac sanctissimis operibus occupari ? Vniuersa hæc dona Dei sunt in suos electos effusa , quorum abundantia pristinum squalorem , & fecorem obruunt , & nouam dignitatem , ac splendorem ostentant . De sanctis hac donorum copia cumulatis , illud Zachariae intelligentem est : In die illa , erit quod super terram equi est , sanctum Dominum , & erunt lebetes in domo Domini quasi phialæ coram altari .] Si enim equi albi (vt est in revelatione Ioannis) sanctos significant , nam exercitus qui sunt in celo , sequentur Verbum Dei in equis albis , vestiti bysino albo & mundo :] quid si eorum equorum phalæ , nisi Dei dona designant , quæ cum ob Dei honorem non otiosa custodiuntur , cuius nomini consecrantur ? Et si lebetes fuligine denigrari , & sanguine bestiarum oppleti , peccatores indicati , quid erit , lebetes in phialas odoramentorum plenas conuerti , nisi , abundantiam misericordia , in abundantiam misericordia ; & fecore iniquitatis , in suauissimum odorem gratia commutari ? Hanc habent perfecti , & quidem geminam , qui & gratia mortificationis scipios cohabit , & gratia virtutis semiperfidos exoriant . Quare illi vigintiquatuor seniores , qui & perfectos figurant , habent in manibus citharas , & phialas aureas plenas odoramentorum .] Habent citharam ex chorda , & ligno compositam , id est , ex cruce , & carne propria in ea crucifixa compactam , quæ donum mortificationis designat , & habent phialæ odoris plenæ , quæ est perfectæ virtutis insigne . Qua duplice gratia , aut quadruplici dono insigniti , concinnunt canticum nouum laudationis Dei , quod numquam veterat , sed in perpetuum nouum existet .

Prædicta dona ad sanctitatem perfectorum specent . Quæ vero decori seruunt , plurima quoque sunt , & eorum largitas Dei , prout decet , quadam his , quadam aliis non sine magno discretionis iudicio dispensat . Hinc nonnulli sanctorum velut terra fertilis , lacrymarum imbris irrigantur , & iniquorum peccata , suumque exilium defentes , peregrinos

se esse in saeculo, ac eae incolas, & cities ostendunt. Alij corpus bonum, & mirabili tranquillitate compositum, ac singulari modestia perpolitum, fortiti sunt, vel (vt verius dicam) assiduo virtutis studio consequuntur, quod & aspicientes admirantur, & illud habentes vitam alienam desideris mundi se habere prostantur. Alij sermonis gratia cumulati ita de Deo loquuntur, & res diuinis ediscuntur, vt & audientes ad compunctionem, & morum emendationem moueantur, & non praui amoris affecta, sed charitatis discipuli, evidenter appareant. Alij ineffabilia Dei arcana cognoscunt, & assiduis consolationibus perficiuntur, adeo ut nonnumquam aut pra sublimitate cognitionis, aut pra magnitudine deuotionis alienationes a sensibus, raptus & extases parantur, & motus quosdam coelestes, & supernaturales sustinentur. Alij, ac si essent ferrei, magnis affectionibus corpus suum domat, aspergitibusque discruciant, & inedia castigati, & aspergitim facili, ac cibici onerati, non solum alacres, sed & sani, & incolumes, & hominibus laetè viventibus robustiores, incedunt. Alij miraculorum gloria coruscant, & tot mirabilia patrant, vt plane Dei ministri esse videantur. In quibus illa Domini promissio impleta est: Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera, & que ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet.] Alij barbaras gentes inuidunt, & ab infidelitate ad fidem, ab immunditia ad vita puritatem pertrahunt, & pretiosa Diaboli spolia diripiunt. Alij denique omnibus, quæ agunt, quæ moluntur, magnam reliquias hominibus uitilitatem afferunt. Quemadmodum enim (vt Basilius ait) ex igne naturaliter emicat splendor, ex vnguento quoque præstanti diffunditur odor, sic è sanctorum commemoratione gestorum ad omnes proueniunt uirtus.] Iure igitur idem Basilius, atque Cyrillus vale aureo, in quo manna recondebat, animam sanctam, atque perfectam signati auertunt, quæ non vacua est, sed donis, in admirationem rapientibus, abundè referta, ex qua honor Deo, & fructus hominibus prouenit. Pia sanctaque anima, ait Cyrillus, quæ Christi fidem concepit, quæ totum in seipso coelestem thesaurum condidit, pteriosum atque aureum vas est, & à Pontifice omnium Deo Patri offertur, seruabiturque in conspectu eius in æternum.

Ex his iniustorum iustorumque discrimen agnoscere, quod illi vacui donorum sunt, isti pleni; illi pauperim, isti ditissimi; illos celestia bona fugiunt, istos exornant. Aut si illi quid boni habent, totum in verbis, aut in signis est possum; istorum autem bonum in operibus, & veritate consistit. Loquuntur fortassis illi de decoro virtutis, & quod numquam experti sunt, longa oratione circumferunt; at isti racentes virtutis pulchritudinem, opere patefaciunt. Ab his duorum hominum generibus non sanè alienum est, quod Ambrosius de Philosophis, & nostris sacerdotibus pronunciavit: Philosophi, inquit, in sermone diuites sunt, fidei inopes, veritatis exortes. Et sunt plerique simplices Domini sacerdotes, i sermone pauperes, abstinentia, & virtute sublimes. Illi suos amicunt quotidiani sacerdotes; hic pauper populos acquirit Ecclesias, numerisque credentium. Qui ergo hoc audierit, & viderit operum qualitatem, dicit: Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas.] Hinc Salomon deriuavit illud, quod quasi suum ipse posuit: Ex multiloquio non effugies peccatum.] Dialectica ergo diuitias verborum fluit, pietas timorem Dei seruat. Ideo hic parcus in verbis, diues in spiritu, magis vult timere, quam vana veri verba lactare.] Optimè

Ioan. 14.

Basil. ser.
5. de Ser-
dio Mart.Basil. ser.
quod
Deus non
est causa
malorum.
Cyrill. 3:
in Ioan.
c. 34.Ambr. in
Psal. 36.

Psal. 36.

Prosa. 10.

A dicta sunt hæc, quæ non solum in Philosophos, & sacerdotes nostros, sed in iniustos quoque & iustos quadrant. Quorum illi aut statim se produnt, & quām expertes donorum sint, moribus & vita declarant: aut ad summum mendicitatem suam verbis & signis bonitatis abscondunt. At isti nolentes se prodere paucis verbis, sed multis rebus, ac plurimis virtutis operibus, quantum acceperint, manifestant. Qui ne donis superbiant, & beneficis parant, & diuitias congregent in malum suum; hæc duo donorum genera, quæ prædictimus, differenter accipiunt. Illa namque priora, quæ ipsos bonos faciunt, abundantissime possident, & sine illa exceptione habent; ista vero, quæ ipsos bonos ostendunt, prout vtile est illis, & aliis, inueniunt. Diuina siquidem sapientia, vt scripsit Laurentius Iustinianus, humanam prænoscens fragilitatem, quām prona videlicet sit ad casum, & quām proclivis ad admittendas popularis famæ leues auras, paucis impetravit curationum, ac faciendorum miraculorum dona, atque prædicendi futura, intelligentiam, tamquam minus ad salutem necessaria, imò periculosa supra modum, vbi deest humilitatis virtus, quæ pro beneficiis sibi prærogatis superbire nescit.] Adiuerte igitur quantis donis fulgebunt illi, quorum omnia quæ habent, & quæ non habent, dona sunt; quæ habent, quia gratis dantur; & quæ non habent, quia ne cadant, & sanctitatem perdant, denegantur? Expende etiam quantum valeat, & possit apud Deum illorum oratio, quorum precibus flexus tantum mala (qua in mundo sunt) arcer, & tam ingentia bona concedit.

Tandem aliud iniquorum, imperfectorum, & perfectorum discrimen non præteribo: quod primi iniquitatibus, secundi imperfectionibus pleni sunt, perfecti vero donis, ac beneficiis onusi. O inæqualis fors, ò dispar onus, ò varia plenitudo? Mali replentur peccatis, vt pereant; imperfecti grauantur imperfectionibus, vt donec eas deponant, crucientur; sancti onerantur beneficiis, & donis, vt hoc onere se miseris & malis expediant. Mali, & imperfecti tamquam servi onerantur, aut peccatorum, aut imperfectionum compeditibus perfecti tamquam arbores fructiferae, onerantur donorum fructibus. Istud est iugum striae, & onus leue,] quod ceruicibus eorum insidet, & Dominus super humeros ipsorum imponit. Decet enim bonum Dominum dilectos suos peccatorum oneribus expedire, & donorum ponderibus onerare. Bernardus profecto iugi, & onoris nomine hoc onus donorum & beneficiorum intellexit: nec immerito, quoniam onus imposita legis, gratia donum est, cuius obseruantia perfecta carera in animam dona inuehit. Eius verba sunt. Laborantes ad refractionem invitata, ad requiem prouocat oneratos. Non tamen interim onus subtrahit, aut labore: magis autem onere alio, alio labore commutat; sed onere leui, suavi iugo, in quibus requies, ac refractione, & si minus apparet, tamen inueniatur. Graue onus iniquitas, fedens super talentum plumbi. Sub hac gemebat sarcina, qui dicebat: Iniquitates meæ supergræsse sunt caput meum, & siicut onus graue grauata sunt super me.] Quod ergo onus Christi, quod onus leue? Ut quidem ego sentio, onus beneficiorū dulce onus: sed ei, qui sentit, ei qui experitur. Alioquin si non inuenias, si non aduertas, graue omnino, & pericolosum. Oneriferum animal homo tempore sua mortalitatis. Si adiuvat peccata sua, onus est graue: si iam forte exoneratus est à peccatis, minus quidem graue; sed si sanum sapiat, non minus grande onus inueniet, hanc ipsam, quam

Iustin.

Matt. 11.

Bern. ser.
15. in Ps
Qui habi-
tat.

Psal. 37.

diximus.

Psal. 115.
Lucas 5.
Iob. 31.

Isa. 98.

diximus, exonerationem. Onerat nos, cùm exonerat Deus; onerat beneficio, cùm exonerat peccato, Vox onerati: Quid retribuat Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Vox onerati: Exi à me, quia homo peccator sum Dominus.] Vox onerati: Semper enim, quasi tumétes super me fluctus, timui Deum.] Semper, inquit, timui: Sicut ante, sic post acceptam indulgentiam peccatorum. Beatus homo, qui ita semper est pauidus, nec minori angitur sollicitudine, ne forte obruacut beneficiis, quæ peccatis.] Nemo est, qui non aliquid oneri portet, quoniam nemo, qui non diuinis beneficiis subdit. Sed si vis ad plenitudinem hac pretiosa beneficiorū sarcina onerari, & diuinis donis impleri, dissoluē colligationes impietatis, sole fasciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti sunt, liberos, & omne onus peccati disrupere.] Nec enim rex delinquentibus onera dignitatum imponit, nec diues direptoribus sarcinam fucarum diutiarum committit. Sic nec Dominus his, qui oneri peccatorum & iniuriam seruunt, onere suorum donorum magnorum, non tam onerari, quam liberari permittit. Depone in super onera imperfectionum tuarum, curas rerum secularium defere, & teipsum, onus quidem grauissimum, derelinque, vt Deus seipso te repleat donis suis impletat, & omni amore terrenorum vacuum, celestibus beneficiis magis magisque multiplicet.

Quanto honore Deus perfectos afficiat.

C A P. XXXIII.

Psal. 99.

Lib. I.

Psal. 113.

Psal. 62.

HONOR regis, ait sanctus David, iudicium diligit: quo ostendit, honorem a Deo summo Rege delatum, non temere iustis attribui, sed iustissima æquitas lance librari. Äquum ergo est, vt omnium iustorum iustissimi, quales sunt virti perfecti, ampliori reverentia ac honore dignentur. Qui cum maxima dona suscipiant, eisque gloriofiores appearant, maiori honore digni iudicandi sunt, si omnis natura, & omnis hominum ratio non fallitur, quæ semper melioribus maiores honores decreuit. Hic perfectorum honor post eorum dona nunc explicandus est, & quidem breuerit, quoniam in prima huius operis tractatione multa de honore religiosorum diximus, quem illi præcipue habent, quia statim adipiscenda perfectionis profitentur, & viri sancti à secularibus existimantur. Conabimur autem noua dicere, (nam in rebus diuinis facile est noua considerare, & inuenire) & à repetitione dictorum abstine-re. Virtus via est, per quam ad honorem & gloriam peruenientur, non quia ipsa honorem querat, nā (si vera est) sui ipsius bonum, & Dei beneplacitum expedit, sed quia (Deo disponente) dum placere Deo querit, in gloriam etiam & honorem incurrit. Qui cum sit præmium virtutis, eo in loco collocatus est, vbi virtus aliud præceptabilis querens, illum quoque velut sua pulchritudinis congruum inueniat. In Psalmis legimus: quoniam Dominus virtutum ipse est Rex gloria.] Qui enim facit, vt virtutem secesserit, facit etiam, vt gloriam & honorem vel nolentes acquiramus. Et iterum in alio Psalmo: In terra deserta, inuia & inaquosa: sic in sancto apparuiti, vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam.]

A Quid est hoc? Nisi quod qui in hoc saculo bonorum deserto, ac vacuo, & via veritatis carente, & fructu bonarum actionum orbato, se apud Dominum sanctitatis amatorem exhibet, dum virtutem habet, gloriam cum ea & honorem retinet? Ac demum alio loco de sanctis scriptum est: Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exultabunt.] Iustitia quidem illos exaltat, atque magnificat cuius causa homines & Angeli eos suspiciunt, ac venerantur quos pulchra virtus sibi in sponsos adiunxit. Quia nobilis, inquit, vir eius, quando federit cum senatoribus terra.] Quis est vir eius? sanè qui mulierem infirmitatem exuens, & virorum fortitudinem induens, iniuit cum virtute commercium, & tamquam sponsam clarissimam in domum sui cordis deduxit. Gloria virtutis sanctorum Domine tu es,] quoniam virtutis amatores gloriosos efficis, honorabiles reddis, & honorem illis verissimum non fucatum, nec simulatum constituis, & gloriam spontaneam non violentia extortam discernis. Merito autem Dominus ita statuit, vt studiosis virtutis honor, ac gloria tribueretur, quia, vt inquit Bernardus; Quia sine virtute est gloria, profectò indebita venit, præproperè affectatur, periculosè captatur. Virtus gradus ad gloriā, virtus mater glorie est, Fallax gloria, & vana est pulchritudo, quam illa non parturit; sola est, cui gloria debetur iure, & secutè impenditur.] Si hoc ita est, perspicuè liquet perfectos viros honore esse dignissimos, quorum non ordinaria est virtus, non segnis: sed eximia, feruens, atque perfecta. Si enim ferrum magnetem quilibet sequitur, fortiorem ac robustiorem magis sequetur. Ita si honor virtutis est comes, eam, quæ pulchrior, & perfectior est, vehementius & delectabilius comitabitur.

Habent quidem perfecti omnes causas, nulla excepta, propter quas solemus homines alios honora-re. Honore ac reverentia afficimus nobiles, & sanguine illustri progenitos: Sed omnes perfecti sunt nobilissimi, licet secundum carnem ex vili prospria nascantur, quoniam sunt fratres sanctorum, cognati Angelorum, & domestici, ac filii Dei. Quos non aliena parentum merita prouixerunt, sed propria facinora extulerunt, & præstantissimi pro obtinenda virtute labores exaltarunt. Honoramus diuites: Sed perfecti extrema quoque mendicitate oppressi, iqualore, & inedia confecti, & rebus humanis destituti, ditissimi sunt diutores, quia si aurum, & argentum, & res perituras non possident, quia eas cum Paulo arbitrantur stereora, virtutes, & Spiritus sancti do-na, & consolationes cœlestes, & ius ad regnum celorum, veras diuitias, & semper duraturas obtinere noscuntur. Honoramus sapientes, ac literatos: sed perfecti sunt sapientissimi, qui sciunt seiplos, & ideo tam verè seiplos despiciunt, qui sciunt Deum, & ideo illum tam ardenter stiunt, tam diligenter quaerunt, tam efficaciter complectuntur: sciunt vias virtutis, & semitas sanctitatis, quas etiam in obscura nocte aduersitatis fine vlla offensione percurrunt. Hæc verè est sapientia vera, quam qui ignorant, quamvis de rebus humanis acutè dispicunt & differē loqui sciunt, cæci & stulti reputantur. Honoramus in aliqua dignitate positos: sed perfecti non una dignitate, sed multis atque amplissimis nobilitati sunt. Ipsi enim sunt Iudices, qui impios in die nouissimo iudicabunt, ipsi reges, qui in æternum cum Christo regnabunt: ipsi sacerdotes, qui hostias semper laudationis offerent. Honoramus utiles nobis aut toti regno proficiens? Sed perfecti manum Do-

Psal. 88.

Prope. 31.

Psal. 88.

Bernay.
ser. 1. de
fancioVi-
tore.

Philip. 3.